

Sciatis, et informet te de locis aptis habitibus et bonis, in quibus  
animalia ipsarum araciarum et stallones possint bene habitari et  
salubriter commorari et pasua habitari et ad sufficientiam  
sumere et alias utilitates decenter habere, et de omnibus aliis,  
que circa <sup>augmentum</sup> meliorationem et conservationem araciarum ipsarum  
et stallonum ad utilitatem curie nostre spectant, et quod quando  
mercari feceris pullos et pultras ac alia animalia araciarum ip-  
sarum vel, que forte aliunde medio tempore receperis, que merca-  
ta non fuerint mercis curie nostre ad florem de lisa, in mer-  
candis eisdem tecum debeat personaliter interesse, factis de mer-  
catione ipsorum duobus quaternis consimilibus, uno videlicet per  
te sigillando sigillo dicti Perrotti assignando predictis magistris  
rationalibus, et alio per eundem Perrottum sigillando sigillo  
tuo assignando predicto vicemagistro iusticiario, sicut superius  
est expressum, et quod a te scire debeat numerum et qualitatem ani-  
malium, que de araciis ipsis mori contigerit, successive et referre  
vicemagistro iusticiario et magistris rationalibus supradictis, sicut  
superius est expressum continetur. Volumus preterea et mandamus,  
ut diligenter inquiras, si aliqua vel aliqui de immentis pullos et  
pultras et alia animalibus araciarum ipsarum et stallonum  
subtrahere vendita alienata fuerint tempore predicti Perrotti, per  
quos quando ubi et quibus, vel, si immentis et scuteris depu-  
tatis ad servitium et custodiam ipsarum araciarum et stallonum  
in solidis frumento et vino eis debitis, iuxta statutum predictum  
satisfactum non fuerit, pro quo et quanto tempore vel cuius  
culpa et dolo acciderit, per omnes illos, per quos possit in te rei  
veritas melius indagari. et inquisitionem ipsam fideliter inscrip-  
tis redactam predictis magistris rationalibus ac transumptum